gut vorankomme, sich aber bemühen wolle, noch bessere Resultate zu erzielen. Seine Geschwister lasse er herzlich grüssen.

1) Von Zurlauben "hornung" geschrieben. Vermutlich handelt es sich dabei um einen Verschrieb; Januar schiene uns wahrscheinlicher!

Original, Siegelbild nicht erkennbar - AH 45, 142

70

1755 September 28., Zug A

"APPLAUSUS PUBLICUS EX PONDEROSIS VARIIS MOTIVIS DEBITUS OB FELICEM IN PATRIAM REDITUM, ET MILLE VOTIS EXOPTANDAM PRAESENTIAM PERILLUSTRIS ... DOMINI BEATI FIDELIS ZURLAUBEN LIBERI BARONIS DE THURN ET GESTELLENBURG, EQUITIS, AC CAPITANEI DIGNISSIMI", VERFASST VOM [ZUGER BAROCKDICHTER FRANZ] XAVER [KARL] STOCKLIN, KAPLAN DER ROSENKRANZPFRUENDE UND SEKRETAER DES DEKANATS ZUG

"Pluribus revera ex Titulis et allicientibus Superabunde motivis Tugium sibimet congratuletur, et Laetetur ob felicem reditum, et mille votis pro Semper exoptandam Praesentiam, ... Domini Beati Fidelis Zurlauben de Thurn et Gestellenburg Liberi Baronis, gloriosi Equitis, Generosi Ducis [seit 1748 war Zurlauben Brigadier d'Infanterie], Viri Litterati, ad cuncta Summanati, pro Nobis laborantis, nec non instar Atlantis in bonum Semper stantis. Salutatione realissima Tugium nostrum in Maternum suum excipiat Sinum Patriotam Nostrum Beatum, et Fidelem, in quem a teneris iamiam Helvetica Regio nostra pulcherrimas Suas Naturae Dotes Auspice Supremo Numine largiter congessisse videtur; Scimus enim conducere plurimum nascituris proxime faetibus et situationum, et locorum faecunditatem; Scimus quoque amaenissima Tugiensia Nemora laetanter frondescere, Hortos niveo liliorum lacte abundanter candescere, Vitiferos Montes delitiosum Vindemiae odorem exhalare, Campos quoque nostros Frugum faecunditate luxuriare, Hasce Regionis nostrae Amaenitates in Zurlaubensi Principe nostro vix in lucem edito iam iam consociatas fuisse mirabamur. Pro tunc etenim iam rubescebat Genarum Purpura, iam albescebant in tenerrimo Corpore Lilia, notabatur in facie serenissima nulla durities, sive asperitas, sed non nisi gratiosa Naturae Amaenitas.

Maturior ad gloriosiores Fructus Nostri Baronis Animus a detestabili otio (Cui neque in Patria assuescere poterat) quam maxime abhorrescens Nobilium Parisiense Collegium [Collège des Quatre-Nations 1731] aspirabat, ubi adhuc

in teneriori aetate in Celeberrima Gallicae Virtutis et Doctrinae Palestra statim Exercitationibus suis literariis Jngenium Capacissimum praeparabat ad obeundos pro Regio Facultate [damit ist die Académie des Inscriptions et Belles Lettres in Paris, in welche Zurlauben 1749 als Associé honoraire aufgenommen wurde, gemeint] labores laudatissimos, Omnibus quoque ac Singulis rarae Capacitatis suae tam Jllustre Specimen dedisse Fertur, ut Jnsignibus Titulis, ac pretiosis meritorum Praemiis fuerit ditatus ac decoratus [damit ist insbesondere die Goldmedaille, die Beat Fidel für seine Arbeit 'Quelles étaient les différentes acceptations des titres ASYLOS et IERS ASYLOS que plusieurs villes prennent sur les medailles? etc.' 1748 von der Académie des Inscriptions et Belles Lettres erhalten hatte][1]. Omnem impendebat ad Studia operam, ut in Chronicis, et aliis Historiis conscribendis prae aliis peritior evadat [1751-55 waren bereits die 8 Bände der 'Histoire militaire' erschienen]; Jdioma quoque Gallicum intra breve Spatium adeo bene calluit, ut Elegantia, propriissimorum terminorum abundantia suavi que Lenocinio sermonis Sui dulcissimi complures Auditores in Sui aestimationem et Specialem amorem virtute quasi magnetica seu Sympathetica illexerit: Jmo ... tanta Jllius linguae suavitas, eaque vis et facultas dicendi inerat, ut etiam quam maxime ad invicem contrariantes delicato Suo, ac Suavi alloquio Vincire, et connectere posset. Quilibet quoque, qui Equitem ac Baronem nostrum vel semel loquentem audisset, in verba certe pronuntiantis Jurasset, effundere Jllum ex pretioso ore suo Gemmas Orientales, lilia, Fragrantissimas que Rosas, vix quoque reperiretur adversarius eousque durus, et obstinatus, quem non Vox e dulcissimi huius Oris plectro edita, et ex odorifera Pectoris Officina prodiens movere posset.
Prout Noster Eques Aureus simul et Eximius erat Orator, Praecellens quoque Poeta e litteris commendatur, nunquam tamen falsi, et Variabilis animi fuisse probatur, ita, ut Chamaeleonis adinstar dissimiles statim cōlores monstrare, vel quasi alter Protheus [Proteus griech. mythologische Gestalt] scopulo insidens plures Falsificatae faciei et Fidei figuras vàriare solitus Fuerit; in talia etenim saeculi Schemata talis Vir Conscientiosus syncerus et verus se accomodare nec sciebat, nec volebat: Nam prout Axioma tritum sonat: Oculi sunt proditores animi; et sicuti ubera adhuc Lambentes Leunculi ex Ungue ac Fremitu, Galli vero etiam implumes ex oculorum acie praenoscuntur, sic ex Spirituosis, et acuminosis Oculis Zurlaubini Principis in Cunis etiam Latitantis praesagitione vera edixisses, Jstum Beatum olim Fidelem generosum et gratum Caelestis terrenique Regis Servum esse evasurum.
Quod in Juventute Sua Baronem nostrum non diutius Libuerit in Patria sua

87v

immorari, nemo sane miretur, eoquod incredibiliter pro Semper oderit horribi-
les tumuluantium Conatus [erster Harten- und Lindenhandel 1728-1736], indigne
pro tunc temporis Ferens, se tali Sub Climate progenitum esse, ubi Discordia
Patriam Summis exponat periculis. Hinc, ut securior evaderet, e conspectu
dissidentium citius sese proripuit, ac scandalosa factionum verborum que iur-
gia evitavit, ne Patriae calamitates virosa ad cor per aures pervaderent,
Judicium serenum sensibiliter Laederent, Consonamque morum suorum bonorum Har-
moniam turbarent; Pacis etenim destructores Basiliscis non absimiles esse per-
hibentur, qui venenoso suo halitu pulcherrimos Saepius flores arefacere so-
lent.

Caeteras Praeclarissimi Patriotae nostri Virtutes praeteriens exclamo: Ah
quanta subtilibus in Jllius Visceribus Compassio et Misericordia in Proximum!
Nullus certe miserorum huiusque gemere audiebatur, Cui non cordintime condo-
lebat; nullus tristem in Casum lati incipiebat, in Cuius amplexum non Brachiis
paternis proruerat; Nullus certe angustiatus et necessitatus huius Patroni
subsidium implorabat, Cui non pro possibili succurrerat. Tam memorabilis Chari- 1
tas, qua pauperes perimpense prosequebatur, Utique in Omnibus certe locis,
quocunque devenerat, Jllum apprime gratum, et amatum reddere debuit; Jta, ut
Commiserationis suae intuitu Gallia olim et Respublica nostra Unanimiter sit
conclamatura: Beatus Fidelis Zurlauben nobis potius, quam sibi natus, et e
Caelo datus est.

Jam Consideratis considerandis, quis Ulterius mirabitur? Quod Jllustris, per-
quam Gratiosus ... Dominus Joannes Jacobus K o l i n Supremus olim Belli
Dux in Hispania [dieser wurde 1738 Oberstleutnant im Regiment Bessler in Spa-
nien und 1749 Oberst in sizilianischen Diensten], pro nunc meritissimus Sena-
tor [Zuger Stadt- und Amtsrat 1752-1756] in Patria, nec non Praenobilis ...
[Maria Barbara] Elisabeth [Esther] L a n d t w i n g Matrona rarissimis quo-
que talentis, gratiae et Naturae Donis decorata Filiam Suam [Maria Barbara
Helena Elisabeth K o l i n] perdilectam tali, tantoque et opere et Sermone
potenti Viro in Sponsam benigno annutu concesserint.

Et Ecce! Statim Fortunato Huic Matrimonio [die 1754 erfolgte] Benedixit Domi-
nus felici Partu exoptati Principis: quapropter minime dubitandum, quin sit
brevi verificandum Sacrae Scripturae Praesagium: Ex fructibus Eorum cognosce- 2
tis Eos. Jam si non procul ab Arboribus pomae cadunt. O quam dulces, et deli-
cati Fructus a Nobilibus Hisce, et Faecundis Parentibus sunt Sperandi! Ut
Deus annuat votis, saepissime meminero Vestrum in Sacris. Ad interim in Cine-
res usque perdurabo Per Jllustris ac Gratiosa e Dominationis vestrae".

1) s. Meier/Zurlaubiana 265f

Original - AH 45, 143-145 - Blatt 143 leer

71

1593 April 3., Solothurn A

SCHREIBEN DES [SECRETAIRE-INTERPRETE] JEAN VIGIER AN [DEN STADT- UND AMTSRAT] HPTM. BEAT I. ZURLAUBEN, ALT AMMANN, ZUG

Seinen *"brieff vom letsten verschinen monats"* habe er empfangen. Von dessen Inhalt sei der [franz.] Ambassador [Nicolas Brûlart, Marquis de S i l l e r y] unverzüglich in Kenntnis gesetzt worden, *"darumb er eüch gantz freündtlich dancket, mit Pitt wöllend Jn eüwrem wolmeinenden willen verharren, unnd dem selbigen nach dahin handlen unnd trachten so vil möglich das es sich mit dem Saffoyschen uffbruch verzüche so lang als möglich wäre, hiezwüschend wurde etwas gutten bescheydts vom künig [H e i n r i c h IV.] kommen, oder von dem friden [Krieg des Königs mit Savoyen wegen der Markgrafschaft Saluzzo [= äussere Front] und gegen die Hugenotten [= innere Front]], unnd damit Jr sächend wie vast die Catholische fürsten dess geblütts mit sampt die uberige Catholische herren unnd bevelchshabern der kron so dem künig dienend, Zu gesagtem friden geneigt syend. Jr gnaden schickt eüch hiemit Jre antwurt unnd fürtrag so sy auss bevelch Jrer Majestät dem [Charles de Lorraine] herzogen du Maynen [M a y e n n e] unnd seiner ganzen versamlung haben thun lassen, dieweil aber der Jhenig so dem friden ganz und gar nit hold sind, sonders understond alles Jn grund Zu verderben, unnd Zu betrüben, besorgend das etwan darauss ein gutte versünung entspringen möchte, haltend sy ietzunder so mechtig an umb solchen auffbrüchen damit sy die unruwen befürderen, unnd den friden verhinderen könnend, wann Jr eüch Jn gemeltem fürtrag werdend mit hilff eüwers Suns [Stadtschreiber K o n r a d III. Zurlauben]. dann Jch nit sovil wils gehapt solchen Zu verdeütschen, ersächen haben, wöllend unbeschwert sein den selben dem herren oberster [Rudolf] R e d i n g mit Zetheillen, So bald wir etwas anders nüwes habend werdend ouch dessen ... [berichten] werden, dess gleichen wöllend Jr ouch thun. Jr gnaden last eüch Jren freündtlichen gruss und alles gutts vermelden ...*

Eüwer brieff ist offen gewest wie Jch Jn empfangen hab. hat allein ein über-